



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

**Tit. 39. De Censibus, Exactionibus & Procurationibus.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

104. n. 142. ubi tradit jus patronatus non amittitur non usum. Ut neque amittatur praesentatio facta per unum ex compatrionis, sed saluum manet reliquorum jus, modò omnes fuerint in possessione, & eodem jure veniant, alias feci. Riccius Decis. 209 qui Datis. 226. querit, si presentatus, cui moverut lis; possit aliquid solvere adversario, ut a lite discedat? Et posse, certis limitationibus & conditionibus, decidit.

9. Denique ad instar juris patronatus, seu ex eo natum esse jus Regalium, notat Zyp h. t. in fine: Verum in Brabantia & alibi in his Belgicis ditionibus non habere locum. Addit, Clerum Flan- ditur ante exemptionem a corona Franciae non amisisse regiam: Excepto episcopatu Tornensis, cuius tamen episcopo Ludovicus a. 1357. eam tenuit, donec certius de ea sibilueret. Sed rursus ex oratione fuisse sub Philippo Pulcro, Rege Castiliae, quem scribit ob eam, aliasque eaulas cum Franco bellum noluisset, sed ad Hispaniam anhelasse: Nec fuit, inquit, idem Clericus subjectus ecclesiae Gallicanae aut Pragmaticae sanctioni, aut nominationibus Parisiensibus, sed semper seorsim res suas tibi habuit.

## TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactiōibus  
& Procuratiōibus.

## S. I.

## De Censibus.

1. Census quid hic significet.
2. Episcopo nomine Cathedratici debentur duo solidi.
3. Patrono Ecclesia vel beneficii debetur census ab initio impositus.
4. Ex post facto census imponi non potest, ne quidem Prelatis.
5. Ne quidem etiam jurat.
6. In qua moneta solvendus sit census.

1. Census in generali & communi acceptio ne significat, quidquid annuatim in

quantitate seu summa persolvitur. 1. Etatem u. de censibus, eaque ratione etiam Tributum & Pensionem comprehendit. Hic autem sumitur pro anno reditu, qui ex proventibus ecclesie solvit & Superioribus in signum subjectionis, ut episcopo, e. Constitutus 6. sup. de religios. dominibus, & interdum Summo Pontifici, e. Recipimus 8. inf. de privilegiis, vel etiam inferioribus Clericis, e. Quarelam 24 sup. de elect. e. Cum Canonicus penult. h. t. quandoque patronis: Sive Clericis sive Laicis, e. praterea 23. sup. de iure patronatus.

2. Etiam episcopo a qualibet Ecclesia suæ dioecesis debentur duo solidi, nomine Synodatici sive Cathedratici, in signum subjectionis & honorem Cathedri. e. Conquerente sup. de Officio Iud. Ordin. e. Pastorali & ibi Glossa Innoc. & Panormit. sup. de Donat. can. Placuit x. q. 3.

Item patrono debetur census seu reditus, quem in fundatione & dotatione ecclesie ab initio sibi auctoritate episcopi reservaverit, d. e. praterea sup. De iure patronatus. \* 3. Dico, ab initio; quia, postquam Ecclesia jam donata & consecrata est, novi census imponi non possunt, nec veteres augeri, e. Scientes 3. c. Prohibemus 7. e. Significavit 13. hoc tit. non modò a patronis, sive Clericis sive Laicis, e. Cum Clerici 11. & Quamvis 15 hoc tit. sed ne a Praelatis quidem Ecclesiarum, e. Praterea 8. cap. eq. h. t. quia impositio census est quædam alienatio iurium ecclesie & impositio servitutis cuiusdam, quæ Ecclesia gravatur. Abbas m. d. e. Praterea h. tit. jura autem ecclesie nequeunt, nisi ex justa & rationabili causa & adhibita solemnitate alienari, can. Sine XII. q. 8. & dixi sup Tit. de rebus Eccles. non alienandis. Hanc autem solemnitatem adhibere Praelatus non potest, dum novum censem in suam utilitatem vult imponere ecclesie, cum nemo in proprio facto sibi auctore esse queat, Clement 1. de rebus Eccles. non alienandis: Licet possit ad utilitatem alterius Ecclesie subsistere justa causa, quando in eo loco jurisdictionem habet episcopalem, secundum Abbatem in d. cap. Prohibemus.

Sed neque fidejussoria vel juratoria cautio de novo censi imponendo & solvendo, aut veteri augendo quicquam operabitur, verum tale juramentum omnino relaxandum

dum erit, cap. *Gravis* 55. & d. cap. *Significavit* 13. hoc tit. cum vergat in detrimentum Ecclesiæ.

5. Permittunt autem Episcopo, quando Ecclesiæ suæ diœcesis cum consensu sui Capituli exemptione donat, cap. *Pastoralis* 7. in fine sup. de donat, in eadem sibi reservare censum aliquem, cap. *Constitutus* 6. sup. *Derelegiosis dominibus*, cap. *Cum venerabilis* 21. hoc tit. Sicutum & Pontifex, cum Ecclesiæ à jurisdictione eximit Episcopi, & in suam tutelam recipit, solet oblatum eo nomine censum recipere, d. ca. *Constitutus* verj. *Nos quoque*, cap. *Si Papa de privilegiis in e.* Sic etiam permittitur patrono Ecclesiæ tempore foundationis aut dotationis moderatum redditum pensionis nomine constitutere, d. c. *Praterea & ibi Gloss. & Abbas* sup. de jure patronat.

Inferiores autem Clerici Ecclesiæ, quibus præsunt, non possunt absque auctoritate & alesu Episcopi censuales facere, seu censu aliquo onerare; cum auctoritate vero Episcopi possunt.

6. Sed cum hic census annuus, de quo agitur, solvi plerumque soleat in moneta, quæ sepe vel augetur vel minuitur, quæ potest, quæ monera solvi census debeat. Respondet Pontifex in e. *Olim* 20. cap. *penult. hoc tit.* solvendum esse ad antiquam monetam, id est secundum estimationem monetæ, quæ tunc cursum habuit, quando constitutus fuit census: Nisi praescriptum sit, ut solvatur ad alterius monetæ estimationem.

## §. II.

### De Exactionibus.

1. Subditi ab Episcopo non gravandi exactionibus.
2. Exigunt tamen potest charitatium subfidiu.

**E**xactionum nomine intelligi sic Pontifex tributa, vestigalia & tallia, & *Omnis* 2. b. t. \* 1. Prohibetur autem in cap. *Cum Apostolus* 6. §. *Prohibemus* h. t. ne subditos suos tallia & exactionibus Episcopi gravare presumant. \* 2. Permittit tamen, ut superveniente justâ & rationabili causâ, cur subfido opus habeat, valeat cum charitate moderatum ab iis auxilium postulare: Quod ideo Interpretes solent

appellare Charitatium subfidiu, d. §. *Prohibemus* & c. *Conquerente* 16. in fine sup. *Decretum Iudicis Ordinarii*. Piale p. 2. t. 2. art. 3. n. 12. de quo late Chalhan. ad Conf. Bang Rub. 1. §. 4. vers. Et sur les hommes subjects. num. 11. & mulier legg. Boëtius Decis 158. extantque de codem singulares Tract. Bartholomæi de Bellenzini & Remigii de Gonnii. Cæterum in d. §. *Prohibemus in fine*, verat quoque Pontifex, ne Archidiaconi sive Decani ulla exactiones levitatis in Presbyteros seu Clericos exercere præsumant.

## §. III.

### De Procurationibus.

1. *Procurationum nomine quid hic veniat.*
2. *Nulla Ecclesia ab his libera, neq; uidem prescritione.*
3. *Modus visitationis & procurationis.*
4. *Visitationis à Cathedrali Ecclesia inchoanda.*
5. *Forma & ordo visitationis, remissivæ.*

1. **P**er Procurationes hoc Tit. intelligitur necessariorum sumptuum exhibito, quæ ratione visitationis debetur ab Ecclesia vel Monasterio, ei, cui ex officio incumbit jus & onus visitandi, sive is si Episcopus, sive Archidiaconus, sive Decanus, sive Legatus Summi Pontificis, & *Cum Apostolus* 6. in princ. c. *Cum instantia* 17. *Procurationes* 23. b. t.

2. Ab his autem procurationibus nulla Ecclesia aut Monasterium excusat, & ne quidem præscriptione tolli possunt, d. c. *cum Apostolus* §. *Prohibemus*, d. c. *Cum instantia* hoc tit. & c. *Conquerente* sup. De officio Iudicis Ordinarii quia exhibeatur in signum subjectionis obedientia, quam contra Prelatuni subditi nequit præscribere, c. *Cum non licet* sup. *De præscriptum* quia, cum nemo cogatur, Apostolo teste, 1. ad Corinth. 9. suis militare stet, endiis, merito qui spiritualis seminar, & carnalia mettere debet. Ideoque licet Ecclesia aliqua steterit diu, nec unquam procurationem visitandi exhibuerit, tamen nunc demum petenti exhibere cogitur, cap. *Venerabili* 24. hoc tit. nisi per privilegium speciale Summi Pontificis proberit se ab ea exceptam, d. cap. *Cum instantia*.

3. **Q**uantum ad modum visitationis & procuratio-

iskonis atinet. eum quidem præscriperunt o-  
lim Conc. Lateranense in d. c. Cum Apostolus. &  
dende Lugdunense, in. c. 2, h. t. in 6, verum  
hodie tota hæc res revocanda est ad decretum  
Conc. Trid. Sess 24. cap 3. De reformat. ex quo  
& can. Decernimus, ean. Episcopum, x. qu. 1, re-  
nunt Episcopus totam suam diœcœsum circum-  
ead minus semel quolibet biennio: & qui-  
dem per se, nisi legitimè impeditus fuerit;  
nam tune ei permittitur, ut visitationem al-  
teri committat. d. can. Episcopem, c. Inter cetera  
sup. de officio Ordinarii, c. Si Episcopus ead. in 6.  
Conc. Trid. d. loco in princ. Non tamen cogi-  
tur Episcopus præcisè visitationem suam absolu-  
tere & concludere intra prædictum tempus, sed  
id relatum est arbitrio ipsius, moderato tamen  
& discreto, ex rescript. Sacra Congregat. Piascc. 2,  
p. c. p. a. 1. n. 1.

4. Hanc verò visitationem à Cathedrali in-  
cipere debet, c. Romana h. tit. in 6, nec aliquā  
exemptione, consuetudine, sententia, jura-  
mento, aut concordia (nisi ea à Sede Apostoli-  
ca fuerit confirmata, ex certa scientia, juxta  
declarat. Sacra Congregat.) Capitula hujus, vel  
aliarum majorum Ecclesiæ, illorumque per-  
sonæ, sese ab hac visitatione subducere vel tue-  
ri possunt, Conc. Trid. Sess. 6. cap. 4. De reform.

5. Qua autem forma & quo ordine visita-  
tionem instituere, & de quibus inquirere de-  
bet Episcopus, sive Cathedralem visitet Eccle-  
siam, sive Collegiam vel Parochiam, sive  
Seminaria, Coœfraternitates, Hospitalia, vel de-  
signe Regulares ac Sanctimoniales, quia id fu-  
se tradit. Piascc. 2. p. Praxis Epis. toto c. 3, ejusque  
rei Praxis compendiofam libro singulari com-  
plexus est Paulus Salodijs, Canonicus Medio-  
lanensis, à sanctissimo Cardin. Carolo Bor-  
romeo per diœcœsum Mediolan. deputatus Vi-  
sitor: ideo brevitas cauſa ad eos lectorum  
remitto.

#### §. IV. A quibus debeantur procura- tiones & victualia.

1. Procurations & victualia debet à Cler-  
co & Ecclesiæ.
2. Cetera iura Episcopalia in qua moneta sol-  
venda,
3. proscriptio, Caschidanicum & obaristi-

4. sum subsidium præscribi non potest.
5. Facultas visitandi datur Episcopo cumula-  
tivè.
6. Qua datur Ordinarii, conscri datam Ab-  
batibus vel aliis Prefectis.
7. Qua præstanta sint visitantibus.

1. **N**otandum verò, procurations & vi-  
ctualia, de quibus Conc. Trid. loqui-  
tur, de jure solum d. bere à Clero Ecclesiæ &  
locis pijs, non autem à Laicis, quamvis simul  
visitentur, quia nullus Juris texus Laicos ad  
hoc onus expreſſe obligat, sed solum Clerum,  
Ecclesiæ, & pia loca, dum visitantur, ut passim  
videre est, & maximè in c. Cum instantia §. 3. a  
in his exigendia h. tit. Extrav. unicà §. ita quod  
expensa & §. nostra h. tit. in communib. can. Intra  
& Ecclesiæ sit mentio, & ita Gloss. in c. 1,  
in princ. in V. Laicos h. tit. in 6. ubi testatur de  
consuetudine.

2. Nec obstat, quod textus videantur velle,  
ut sumptus victualium præsentur à visitatis,  
c. Romana §. deinde h. t. in 6. c. Si Episcopus sup. de  
officio Ind. Ordin. can. Cavendum x. q. 3. Conc.  
Trid. d. loco: quia id intelligi debet de Clericis  
visitatis, ut patet ex allegatis juribus, & præser-  
tim ex c. Egit de censib. in 6. in verbis quonqua  
de dupl. huūsmodi gravatis Ecclesiæ plenariam  
satisfactionem impellant, & c. Felicis ead. in 6. u-  
bi Gloss. loca visitata interpretatur Ecclesiæ, in  
V. persolvendum. Videatur hac de re plenius dis-  
serens Grivel, de c. Dolanæ 119 ubi refert in hanc  
sententiam rescriptum Principem Belgii ad Se-  
natum Dolanum.

3. Quantum ad alia iura Episcopalia, ea quo-  
que solvi debent secundum antiquam taxam,  
d. c. Prohibitum, & mensuram, c. Ex parte 18. &  
antiquam monetam, nisi in alterius monetas  
solutione præscriptum sit, c. Olim 20. h. t. & c.  
Conguerente sup. de off. lud. Ordin. ubi taxatum  
ad duos solidos mutari & excedi non debet.  
Verum quis solidorum valor conformis non  
est, sed varius, attenta varia provinciarum ta-  
xatione, secundum Covat. 1. Variar. resolut. cap.  
2. &c. 3. ideo in ejus solutione spectanda erit di-  
versarum Cathedralium legitima consuetudo,  
Zerola in Praxi 1. p. in V. Ius Caschidanicum  
ubi plenius vide. Verum hæc tempora vix an-  
tiquos nummos ferunt, ob novas artes circa  
Bbb. mone.

monetari, non tam noviter repertas, quam nimis exercitatis, inquit Zyp. h. t. num. 9. in fine.

4. Deinde notandum, quod utrum contra procurationem non potest prescribi, &c. Ex officiis sup. De præscript. ita nec contra ius Cathedraticum aut subsidium charitativum: quamvis contraria consuetudine introduci possit, ne solvantur, ut constat ex Concil. Trid. Sess. 24. cap. 3. ubi vult visitationem gratis fieri, ubi ea consueto modo est, ut nec virtualia, nec pecunia, nec quidquam aliud a Visitatoribus accipiantur: si quidem multa per consuetudinem tolli possunt, quæ nequeunt per præscriptionem, Zicrola d. loco ad 4. cum multa etiam requirantur ad præscriptionem, ut v. g. titulus, bona fides &c. quæ non requiriuntur ad consuetudinem.

5. Notandum tertio, quod facultas visitandi, quæ datur a Concil. Trid. Sess. 6. cap. 4. & Sess. 25. cap. 6. detur cumulatively, non verò privatim, d' est cum aliorum exclusione. Ideoque si qui ex jure vel ex consuetudine potestatem habeant visitandi, poterunt ea uti, si velint, aut cum Episcopo, aut seorsim ab eo, quando voluerint visitare, ex congregat, Interpp. Concil. Gorzales ad Reg. VIII. Cancell. parag. proœmialis 2. num. 21.

6. Notandum quartò, quod dum Sess. 7. cap. 8. & Sess. 21. cap. 8. datur Ordinario potestas visitandi quodammodo quacumque Ecclesiæ, etiam quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolica, sub nomine Ordinarij intelligentur etiam Abbatibus, similesque Monasteriorum Praefecti, ut proinde visitare suas Ecclesiæ possint: quia sub nomine Ordinariorum etiam inferiores Ecclesiarum praefecti intelliguntur, qui jurisdictionem habent, non itidem sub nomine Diocesani, ut ex Azorio Institut. moral. lib. 12. cap. 18. notat Zyp. h. tit. num. 7. Ubi sub-jungit, quod cum videatur esse repugnantia quedam inter cap. 8. Sess. 21. cui congruit cap. 10. Sess. 24. ubi statuitur, ne u'la exemptio visitationi Episcopi obstat possit, & inter cap. 20. Sess. 25. de Regularib. ubi contra statuitur, ut Abbatibus, que sunt Ordinarii capita, & alij praedictorum Ordinum Superiorum, Episcopis non subditi, quibus est in alia inferiora Monasteria Prioratus vel legitima jurisdictione, eadem illa subdita sibi Monasteria & Prioratus suo quique loco atque ordine ex officio visitent, etiam si communi-

data existant. Clemens VIII. ex Sententia Sacra Congregat. 20. Junii 1595. pro Monasterio Cisterciensis Ordinis utriusque sexus datis litteris declaravit, non licere Ordinariis Monasteria dicti Ordinis visitare, nisi juxta præscriptum decreti Sess. 21. cap. 8.

7. Denique ex eodem Concil. Trid. Sess. 24. cap. 3. 5. Interimque cœvantes, videndum, ne Episcopi, dum visitant, & qui in eorum sunt comitatu, inutilibus sumptibus cuiquam graves oneris sint, neve ipsi, aut quisquam suorum, quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiunt; non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili. Exceptis tantum virtualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque, pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt ministra: sic tamen ut sit in optione eorum, qui visitantur, an maliter solvere id, quod erat ab ipsis ante certa pecunia taxata consuetum solvi, an verò prædicta virtualia subministrare: salvo item iure conventionum antiquarum cum Monasteriis, alijsve pijs locis, aut Ecclesijs non Cathedralibus inito, quod illorum permanere debeat.

#### TITULUS XL.

### De consecratione Ecclesiæ vel Altaris.

1. Ecclesia & Altaria consecranda ab Episcopo.
2. Et semel impensa consecratio non repetitur.
3. Quo pacto probetur Ecclesiam consecratam esse.
4. Quibus casibus iterari possit consecratio vel non.
5. Quibus casibus reconcilianda sit Ecclesia.
6. Ecclesia pollutâ, constitutum pollutum remitteri, non contrah.

Ad